1711

50

Strena

Quam

Filiali amore excitatus

Parenti ſuo optimo

DOMINO

MARTINO Schwanwitz/

Civi & Frænefactori Thorunienſi

Offert

Calendis Januarii Anno M. DCCXI

Martin Schwanwitz.

Cum nova lux anni rediit fulgentibus aſtris,
Non licet in tenebris jam latitare mihi.
Sunt grates Jovæ cantandæ pectore pleno,
Carmina ſupremo ſunt recitanda DEO.
Quod Te, Chare Parens, *toto ſervaverit anno*
Incolumem, ſalvum, proſperitate gravem.
Divitias alii numerent, pingantque Coloſſos,
Carior argento, jam mihi vita Patris;
Namq́; mihi ſumptus alimentaque larga miniſtras,
Cum puer his ſtudiis erudiendus eram.
Pro quibus officiis quanquam Tibi nulla rependi
Dona, niſi hæc mentis jam monumenta piæ.
Attamen æternum poteris ſolamen habere,
Chare Parens, *nequeat quod tua ſama mori.*
Namq́; tuum decorant Nomen ſervantq́; Camœnæ,
Per quas æternum vivere fama ſolet.
Te DEus ex alto fortunæ acceſſibus ornet,
Multiplicetque tuas proſperitatis opes.
Sis ſalvus cum Matre pia bigaque Sororum,
Quidquid calcabis ſit Tibi grata roſa.
Morbos lethiferos pellat divina poteſtas
A domibus, membris, corporibusque tuis.
Ille DEus pacis revehat terreſtribus oris
Divinæ pacis tempora larga ſuæ.
Ut ſub pacifico poſſimus vivere Rege,
Et nomen ſummi concelebrare DEI.
Vive DEO, dilecte Parens, Patriæque mihique,
In multos annos, fer mihi promptus opem
Et quoniam felix annum es feliciter orſus:
Illum finito proſperitate pari.

Thorunii, impreſſit Joannes Nicolai, NOBIL. SENAT. & GYMNASII Typographus.

4674